Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate Sozomeno et Theodorico in vnu[m] collecte et nuper de greco in latinu[m] translate libri numero duodecim ... Cassiodori senatoris iam ...

Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius

Augustensis, [ca. 5.II.]1472

Incipiunt capitula libri duodecimi

urn:nbn:de:bsz:31-323790

Visual Library

paſtoris educebat aſparem et omnes qui cum eo erant · ac per paludem adiacentē rauenne ad loca ſperata peruenerunt. In ea nanqȝ ciuitate tirannus degens habebat exercitum · vnde nullus aliquādo tranſiſſe ferē. Tunc ergo deus inadibibilem terram fecit adibilem. Tranſeuntes nanqȝ perſiccum paludis aquā · apertaſqȝ inuenientes ciuitatis portas · tirannum quoqȝ detinuerunt. Tunc ergo piiſſimus imperator reuerentiam quā circa diuinitatem habebat oſtēdit Dum enim circum expectaret ꝫ nunciatum eſt ei tirannum fuiſſe ꝑemptum. Quāobrem ſermonem fecit in populo ꝫ dicens. Venite ſi placet relinquentes hanc voluntatem · et pergentes ad eccleſiam · gratificos deo ſoluamus himnos ꝫ Cuiꝰ manus tiranni preſumpti omibus obuiauit. Quo dicto ꝫ ſpectaculo ceſſante ꝫ ꝑ medium circum cuncti cum eo concorditer gratias agentes ad eccleſiam cōuenerunt. Ita ut tota ciuitas vna videretur eccleſia · venienteſqȝ ad locū oracionis · iugi die gratias dn̄o retulerunt.

Explicit liber xi. Incipiunt capitula libri duodecimi.

De ortu valentiniani principis filij placidie. j.
De bonis attici conſtantinopolitani pontificis. ij
De ordinatione ſiſinnij et moribus ipſius et qꝫ proclus ordinatur ciżici non ſit ſuſceptus. Ca. iij.
De ordinatione neſtorij · et q̄ ſub eo in ecc̄ijs mala ꝓuenerūt. iiij.
De epheſeno cōcilio contra neſtoriū. Ca. v.
Quomō iohannes antiocenus cirillū dānauerit. Ca. vi.
De ordinatiōe maximiani conſtantinopolim. vij.
Quāti epi ex alijs ad alias immutati. viij.
Quō apud cretā quodā iudeo dicēte ſe eſſe moyſen plurimi iudeoꝝ deceptiōe ſunt mortui reliqui facti ſūt xp̄iani. ix.
De magno incendio conſtantinopolim facto ⁊ morte maximiani atqȝ conſtitutiōe procli. Ca. x.
De conuerſatiōe ⁊ moribꝫ ꝓcli. Ca. xi.
De victoria barbaroꝝ. Ca. xij.
Quō filia theodoſij valentiniano ſit iuncta. Ca. xiij.
Quō corpꝰ iobis epi ſit conſtātinopolim reuocatū. xiiij.
Quō eudoxia vxor imperatoris ad hieroſolimā ꝓperauit. xv.
Quia proclus thalaſiū ſenatorē auctoritate ſua ceſarie cappadocie

fecit epm. Ca.xvi.

Expliciunt capitula. Incipit lib xij.

IGITUR · OCCISO · TIRANNO · COGITA
bat theodoſius imperator cui deberet heſperiarum regna cōmittere.
Tunc valentinianus erat valde puer · natus ex matre placidia eiꝰ
quidem amita · filia vero maioris theodoſij · archadij et honorij ſo:
rore · de patre conſtantio · qui ab honorio imperij iura ſuſceperat ·
paruoqꝫ tempore cum eo regnauerat, Hunc ergo valentinianum
conſobrinum ſuum ceſarem factum · mittit ad partes italie · cū quo
matrem pariter placidiam eiqꝫ vniuerſam diſpoſitionem · cōmiſit
imperij. Cumqꝫ voluiſſet ipe quoqꝫ italiam pergere · ut conſobrinū
ab imperij culmen eueheret quatenus ſui vigore tirannoꝝ remo:
ueret audaciam ⁊ veniens vſqꝫ ad theſſalonicam languore prohibi:
tus eſt. Quāobrem coronam imperialem poſt hec conſobrino ꝑ pa
tricium ſtiliconem mittens ⁊ conſtantinopolim remeauit, Hec de ta
libus retuliſſe ſufficiat. Igitur atticus epus cauſas eccleſie ſapiē:
tia mirabilit̄ diſponebat ⁊ doctriniſqꝫ populum ad virtutis ſtudia
prouocabat.

QVnqꝫ videret diuiſam eccleſiam · cum iohannite ſeorſum apō
ſemetipſos ſacra ſolemnia celebrarent · iuſſit ut in orationibus
memoria iohannis haberetur · ſicut aliorum dormiētium epiſcopoꝝ
fieri conſueuit ⁊ per hoc ſperans plurimos ad eccleſiam reuocari.
Largus autem ſic erat · ut non ſolum pauperibus ſuarum parro:
chiarum · ſed etiam in vicinis ciuitatibus multas pecunias ꝓ egē:
tium conſolatione tranſmitteret, Gallio pio nāqꝫ preſbitero eccleſie
nicene trecentos aureos dirigens · hec ſcripſit, Gallio pio atticus in
domino ſalutem. Cognoui decem milia eſuriētes in ciuitate a pijs
exhibenda egere miſericordia. Decem milia vero cum dico ⁊ multi:
tudinem intelligo ⁊ non perfectum numerum cōprehendo, Quia
igitur ego quidem habeo perceptum numerū datum ab eo qui ma:
num habet munificam · et prebet congrue diſpenſantibus et conti:
git aliquos indigere habentes non tamen qui neſcientes ſuſcipiens
O cariſſimum michi caput · hos trecentos ſolidos expende ſicut vo:
lueris · et maxime illis qui petere confunduntur et non eis qui xpi